

exemplari Napioniano. Commemorat arcum primus, opinor, is qui scripsit saeculo XI chronicon q. d. Novaliciense l. 2 c. 18 (Pertz mon. Germ. script. 7, 95) sic: (Abbo patricius) 'precepit ex candidissimis marmoribus et diversis lapidum generibus mire pulchritudinis et altitudinis elevari archum in Sigusina civitate, herens muros ipsius de foris, sub quo olim terebatur via . . . in quo fecit ex ambabus scribere partibus, quae et quanta in ipsa civitate et in tota valle tradiderat herede suo beato Petro, ut, si aliquando . . . monasterium ipsud destrueretur, ut monachi, qui ibidem iterum aedificantes habitare vellent, in predicto lectitando invenirent archo, quae ad eundem locum pertinere videbantur arva.' Post renatas litteras primus, qui mentionem eius fecerit, videtur esse Andreas Naugerius, qui eum vidit d. 7. Sept. 1528 (v. opera ed. Venetiis 1754. 8. p. 396). *Vi è ancora, inquit, da dietro del castello un arco antico tutto intero, nel quale la iscrizione che vi è non si può ben leggere, ancora che sia da dui parte, per esser molto consumata dal tempo; pur si vede ch'era drizzato ad Augusto, e che vi erano notati molti popoli Alpini vinti da lui, delle quali, oltra Caturiges ed alcuni altri, i nomi del resto non si ponno chiaramente leggere.* Deinde opinio obtinuit scriptum esse in arcu Segusino eum ipsum titulum, quem Plinius 3, 20, 136 ex Tropaeo Alpium affert; unde eum ex Plinio scilicet descriptum inter Segusinos titulos rettulerunt Baldessan in schedis tabularii Taurinensis et Bourdelot 1581 f. 208 haec praefatus: *vedemmo un arco con la seguente iscrizione antica, le lettere della quale sono state guaste da' Gotti in molti luochi . . . l'istesso si legge anche in Plinio.* Etiam Lucas Holstenius in editis adnotationibus ad Cluverium p. 6 sic ait: 'inscriptionem eandem omnino esse cum Pliniana ex principio cognovi, quod solum e longinquo legi potest, et ipse Carolus Emanuel Sabaudiae dux id mihi affirmavit, cum a. 1627 isthinc transirem et describendi copiam et commoditatem mihi peterem'. At idem Holstenius ad Maccii syllogen inscr. ms. I, 96, ubi inscriptio arcus Segusini item ad Plinium refertur, sua manu haec adnotavit: 'Rogavi viros doctos per Serenissimi Ducis Sabaudiae oratorem, ut ex ipso marmore literarum vestigia ductusque sive sulcos bona fide recognoscerent: sed alii vulgatam Plinii editionem, alii Iosiae Simleri editionem a Pliniana diversam [scilicet in comm. de Alpibus Turici 1574 f. 117; at sumpsit et ipse ex Plinio] ad me miserunt. Utrique tamen ad antiqui marmoris fidem exemplaria sua expressa venditant: ita omnes fumum vendunt, laborem fugitant'. Plenorum exemplorum omnium antiquissimum id est quod legitur in cod. Parisino Puteani (Dupuy) 461 f. 132 = 135 itemque emendatius in Barberiniano XXX, 92 f. 92 pro rei difficultate non male factum, quamquam erroribus plurimis vitiatum. Nec locus adscribitur neque auctor, nec nisi coniectura referri potest ad Holstenium tandem aliquando fortasse voti compotem factum. Gudius deinde ms. 687, 2, ed. 86, 2 dedit solum versum primum non integrum, descriptum opinor a Rycquo; nec multo plenius est exemplum Petri Gioffredi qui inscriptionem excepit ipse a. 1671 insertum Theatro statuum Pedemontanorum (1682) 1, 72 (cum tabula) et historiae Alpium p. 151, a quo exemplo rursus, non ex lapide pendet Pocockius inscr. (1752) p. 127. Primus, qui exemplum recte factum publice proposuerit, Scipio Maffei est, qui legit a. 1724, edidit primum a. 1727 (*istoria diplomatica*. Mantuae 1727. praef. p. XIV cum tabula; repetivit *Verona illustrata* 1732 vol. 1 p. 104 inscr. n. 29 et ant. Gall. p. 16 et erroribus quibusdam emendatis M. V. 233 seq.): 'accidit', ait in M. V. l. c., 'anno 1724 ineunte, ut homo quidam' (nempe ipse Maffei) 'hac unice de causa Secusium peteret ibique dies aliquot commorans integram inscriptionem exscriberet ipsoque inspectante ut a perito pictore Io. Bapt. Salonio Taurinensi, quem ob id ipsum secum duxerat, arcus forma et sculpturae omnes summa fide depingerentur'. Diversum exemplum proponitur apud Muratorium 1095, 2, qui auctorem non adscripsit, Bagnolum ms. inter Gazzeriana, Ricolvium et Rivautellam marm. Taur. 1, 149 'recens accuratissime descriptum a diligentissimo viro Secusino cive et ad nos missum'. Intellegitur Paulus Antonius Massazza, qui mox edidit seorsum in commentario inscripto *l'arco antico di Susa* (Taurinis 1750. fol. pp. 47). Repetiverunt Sacchetti 1788 p. 4; Beaumont *descr. des Alpes Grecques et Cottiennes* 1, 1 (1802) p. 264 tab. 20, qui male exscripsit Ricolvium; Orelli 626 ex Maffei. Sed exemplum longe optimum paravit pontibus ad id ipsum extractis a. 1783 comes Napione act. Taur. vol. 30 (1826) p. 155 seq. aere expressum accuratissime. Quaedam de eo exemplo ex litteris Napionis petita antea iam innotuerant per Andresium *cartas familiares* 5 (Matriti 1793), 122 et Millinium *voy. en Savoie* (Parisiis 1816) 1, 107. Ediderunt item Gazzera apud Gioffredum *Alpi* p. 151; Iosephus Ponsero *piccolo cenno sopra l'arco trionfale di Susa* (Taurinis 1841. 8. pp. 39); Th. Pugno apud Bethmannum mon. Germ. script. vol. 7, 95; Norbertus Rosa (*l'arco di Susa, poemetto con note* Taurinis 1859. 4).

7232 Susae THES. PIGH. LIG. PING. *nella porta della casa di M. Bernardino Sesterio BALD. nell'orto dell'abbazia di S. Giusto BOVRD.*

A P O L L I N I
C I V L · D O N N I · L
E R A S T V S · E T
I V L I A · D O N N I · L
5 C Y P R I S
V · S · L · L · M

Pighius cod. bibl. Berol. f. 210, cod. Luzac. p. 33, cod. mus. f. 9 (inde Grut. 1066, 4); Ligorius ms. Taur. 16 s. v. Segussi; Pingonius ms. f. 131; Thesaurus apud Cicereium ms. et Manutium cod. Vat. 5237 f. 382 (inde Don. 1, 36; Donat. 18, 9) eodemque exemplo Baldessan ms. apud Guichenonium p. 56 (inde Mur. 22, 6; Orelli 627); Bourdelot cod. Vat. Reg. 949 f. 208'. A prioribus Promis *Torino* p. 134 n. 9.

In vv. div. consentiunt Pigh. Lig. Man. — 1 APPOLINI Bourd., APPOLLONI Bald. — 2 sic Lig. Bald. Man., CIVIDONNII Bourd., IVL · DONNII Ping., IVL · DONNILLae Pigh. — 3 ERASIVS Lig. Ping., RERASTVS Thes. Bald., unde EPERASTVS fecit Mur. — LIVIA pro ET IVLIA Lig. — 4 DONNILLA Pigh., DONNI (om. L) Man. — 5 CIPRIS Lig. Bald. — 6 sic Pigh. Man. Bald., V · S · L · L · A · F Lig., S · L · I · M Bourd., S · L · L · D · M Ping.

7233 Susae rep. m. Aug. a. 1846 *abbattendovi un tratto delle mura vecchie, che univano la chiesa cattedrale col seminario PVGNO.*

P · V I B I V S
C L E M E N S
D E C V R I O
H · V I R
5 F O R T V N A E
V · S · L · L · M

Descripsi. Pugnus misit Gazzerae; Ponsero *mura di Susa* (1847) p. 26 cum tabula; Promis *Torino* p. 88 n. 6.

7234 Susae VEN. MET. LIGOR. PIGH. THES. PING. *nell'orto dell'abbazia di S. Giusto BOVRD.; sotto il portico della casa del fu M. Pietro Bosio BALD. Taurinis in domo Ioh. et Hipp. Rufforum medio civitatis GRUT. Ibidem in palatio ducis GUD. In museo ARIOST. 1723 et POSTERIORES. Sine loco PANV.*

G E N I O
M V N I C I P I
S E G V S I N I
I V L · M A R C E L
5 L I N V S · V · P
E X V O T O · P O S V I T

Descripsi. Anonymus Venetus a. 1550 (cod. tab. reg. Taurin.) f. 692; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 2'; Metellus cod. Vat. 6038 f. 85; Ligorius ms. Neap. 36 p. 378, ms. Taur. 16 s. v. Saegusi et s. v. Segussi, qui priore loco ait se habuisse a Celso carthusiano Senensi; Pighius cod. Luzac. p. 86, cod. mus. f. 21; Pingonius ms. f. 131; Thesaurus apud Cicereium ms. et Manutium cod. Vat. 5237 f. 69 in schedula solitaria et denuo ib. f. 381; Bourdelot 1581 cod. Vat. Reg. 949 f. 208'; Grut. 111, 1 e Verderii schedis; Baldessan ms. et apud Guichenonium 1, 55; Gudius in adn. ad Grut. ed. 2; Ariostus n. 23; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 1, 137 aere expresserunt; Maffei M. V. 210, 3; Sacchetti Susa p. 25; Beaumont *descr. des Alpes* 1, 1, 265 ex Guichenonio; Orelli 1690; Promis *Torino* n. 4 p. 87.